Locutiones ad Latine loquendum utiles

Salutatio	Responsa
Salve, magister!	Salve tu quoque!
Salvus sis, condiscipule!	Salvus sis et tu!
Salvete plurimum, sodales!	Salve tantundem!
Salve, opto tibi felicem hunc diem.	Idem tibi exopto.
Ut vales, mi amice?	Optime valeo.
Quali uteris valetudine?	Prospera valetudine fruor.
Quomodo te habes?	Male me habeo.
Quid agis?	Domum eo.
Unde provenis?	Ex universitate studiorum venio.
Quid est nomen tibi?	Nomen meum est Erasmus.
Quomodo vocaris?	Martinus vocor.
Quomodo appellaris?	Francisca sum.
Unde venis?	Friburgo venio – Friburgensis sum.
Unde oriundus es?	Ex Italia venio – Itala sum.
Cuias es?	Lutetia venio – Gallus sum.

In colloquio

Tacete omnes!	Ignoscite mihi!
Quaeso sileatis!	Veniam date!
Sinite me loqui!	Excusa me!
Favete linguis!	Veniam vestram peto.
Nolite me interpellare!	Ignoscas!
Non intellego, quid dicere velis.	Non audivi sententiam tuam.
Explica, quaeso, id, quod dixisti!	Male percepi, quod dixisti.
Explana verba tua, te obsecro!	Repetite ea, quae dixistis, quaeso!
Loquere clarius, te oro!	Dic iterum!
Dicite simplicius, nam ego non intellego!	Loquere magna voce!

In discessu

Vale!	In crastinum!
Fac valeas!	Cura ut prospere valeas!
Valete omnes quam optime!	Operam date ut valeatis!
Bene valeas!	Valere te iubeo.
In proximum!	Spero nos mox denuo conventuros.